42. 2. 6. *Λυδία αὐτῆς*.) legimus Mineruam, præter cetera ipsius cognomina, & Lindiam fuisse cognominatam de Lindo Rhodi vrbe, Lydiam tamen, quod meminerim, Mineruam appellatam legi nusquam, quare hic *Λυδία* reposui. Nec vero me latet. Hunc Apollodori locum ab Homeri in Iliadis primum Hypomnematis ita citatum esse, ut & nos castigauimus.

42. 2. 9. *πλάνωρ*.) *ἐλάνωρ* hic vocatur ex Homeri scholijs.

43. 1. 14. *ταῖς κῆρας*.) scribi potest etiam *ταῖς κόρας*, ut sit, Danaus, filias puellas uel fortiebatur, siue eliciebat sortes.

43. 2. 14. *ἀμαρτυρίων*.) hic deleuimus, quod ex Codicibus Græcis omnibus legebatur *ἀμαρτυρίων*. dictio nihili & futillis, & *ἀμαρτυρίων* substitutuendum censuimus.

43. 2. 20. *ἄρχος*.) in Alijs *αὐχός*, in Tettij mei Codice, quem ex

fol. pag. li.

Rodulphi Cardinalis amplissimi exemplari ex scribi fecit:
legitur αἴτιος, nos hic tibi liberum facimus, ut quān velis le-
ctionem eligas: quod ad me attinet, ἀρχίος scripsimus.

44. 1. 22. μελόλκης.) alibi, μεγακλῆς, alibi vero μετ᾽ αλκης,
quod Hygino legitur, at ex meo codice μελόλκης legeba-
tur, nobis placet scribere μελόλκης.

45. 1. 14. ὁ δὲ τῶν νόμων γράψας. qui libros de rebus scripse-
rit, legimus Lysimachum apud Athenaeum libro quarto, qui
græcè sic. οἱ δὲ δὲ καὶ πλεὺς ὀδυσσίως τῆς φρονιμωτά-
του, ἢ σωετωτὰ τοῦ ἀδελφῶ φακλῶ καλουμένην,
ἢ ἄλλοι πινὲς καλίστῳ ὀνομάζουσιν, ὡς ἰσοεῖν μνα-
σέαν τὴν παρὰ εἰς τείτω ὀρωπιακῶν φησὶ λυσίμα-
χος εἰς ἐρίτῳ νότων, idest, Atqui me non latet, & Ulyssis
viri prudentissimi, & cordatissimi sororem Phæcam nomine,
quam alij quidam Callistonem vocant, ut à Mnasea Patrensi
Europiacorum tertio recenseri inquit Lysimachus in libro de
rebus tertio. hactenus ille. antequam hic Athenæi locus
mibi subueniret. Tetij mei exemplaris lectio, non displice-
bat. νόμων mibi legebatur, nec ab re ea lectio mihi probaba-
tur, propterea quod & auctores habebamus, qui de legibus ci-
tantur Cratinū scilicet & Babylonū Diogenem, sed prior
lectio vera est.

45. 1. 15. κέρκος.) Hic quoque est scribendum κέρκος, cum sit
Cercops nomen auctoris, de quo superius meminimus.

45. 2. 9. αὐτῆς.) ὥς δὲ οἱ ῥαγκαὶ δεινέβοιαν.) Tragi-
cos hic intelligo Euripidem ut Eustathius Iliadis libro 6. Tra-
gici vero à græcis scholiographis passim citari solent.

46. 1. 15. Ἰδραπ δούρει.) Ἰδραπ δούρει exemplar habet luculen

tissime ALEXANDRI FARNESI bibliothecae, Cardinalis. n. ille amplissimus; ut ipse est omni virtutum genere ornatissimus, ita domus eius omnis ac bibliotheca, haec quidem castigatissimis graecis, latinisq; exemplaribus, illa autem eruditissimis, humanissimisq; viris referta est. haec igitur lectio est omnino admittenda:

46. 1. 25. ἀπώλων.) repono ἀπώλλων geminato cum λλ.

46. 2. 13. ἀλαχμοῦ.) substituimus ἀλαλαχμοῦ.

46. 2. 19: ἰφινόβ.) non ut in manuscriptis erat, ἰφινόβ.

47. 1. 2: ἰλίοδην. pro quo δκλιοδὴν emendauimus ex Isacio Lycophronis interprete:

47. 1. 2. πείρω) repono πείρωναι.

48. 1. 9. ἀρχτένει,) ἀρχτείνει alibi legitur, scribo ἀρχτενεί, ut sit futurum, hoc apud Didymum Iliadis Σ recitatur.

48. 2. 3. πολυδύκτης,) in alijs visitar. nos πολυδύκτης de tracta. u. litera. ut in plerisq; emendatis auctoribus, qui hanc ipsam rem tractant, castigamus. sic enim scribitur apud Isacium, apud Apollonij scholiastes, & reliquos. locus sanè hic erat obscurissimus, ita ex Apollonij scholijs, ex eruditissimorum virorum scriptis, collectis, declarauimus, ut vel anniculis pueris intelligi possit: ceterum historia, seu fabulam dicas, latius ab Isacio Lycophronis tenebrarum illustratore enarratur. quam cum HORATIO VRSINO gentili tuo, domo Tosia, adulescenti modestissimo, ac bonorum literarum studiosissimo, latine interpretandam dedissem, ut de ingenio adulescentis aliquando periculum facerem. ille, & si graecarum literarum candidatus esset, tam docte, tamq; eam latine redidit, ut sperare liceat cum intra paucissimos annos in his, omni

bus æqualibus suis facillime antestaturum.

48. 2. 17. αὐτὸς δὲ.) legebatur prius αὐτὸς δὲ, sine vllō sensu, nos proinde subiecimus pro eo αὐτὸς δὲ, adiecimusq; nominandi casum πολλυδίκτης, atq; ita sensum lucidissimum elicitur, alioqui locus hic ab Apolline non solueretur.

48. 2. 21. γοργόνων.) Farnesianum exemplar γοργόνος habet,

48. 2. 25. εἰ τῶ.) lego εἰνὼ, sicut, hoc ipso in loco pro μεμφορῶ, πεμφορῶ, per τ, ac sine μ, ex hoc Hesiodi in in theogonia versu.

πεμφορῶτ' αὖ πεπλόν, εἰνὼτε κροκόπεπλόν.
inuenio tamen multis in locis scriptum, εἰ τῶ, εἰνὼ,
εἰ ιαενὼ.

49. 1. 12. κῆβισιν.) sunt qui κῆβισιν cum η in secunda syllaba scribunt, sed male, nā syllaba claudicaret, id quod ex Ascræi poetæ hic recitato versu declaratur.

49. 1. 22. τλὼ κενῶν.) nos hic non ab re ante dictionē κενῶν, addidimus ex historia, ἃ ἰδοῦς.

49. 2. 13. θεινὼ, θεινὼ, habet Hesiodus, in Deorum originibus, verum metri causa ut suus est poetarum mos.

49. 2. 27. τὰς χεῖρας,) in alijs, τλὼ χεῖρα, lege ut lubet, nihil moror.

50. 2. 25. ἐγνώμῳλος,) legerem quoque ex Farnesiano codice ἐγγλωμῳλος, sicut ex eodē loco προῶτα pro προῶτος, quod in alijs omnibus scribitur.

51. 1. 19. ἀπὲκτειναι) in manu exaratis Apollodoris ἀπείδαναι hic legitur, quod non omnino displicet, propterea, quod ἀπὲκ δυνήσκω legi apud auctores poni etiam pro ἀπὲκτείνω, sicut interdum apud Romanos morior, cuius rei mihi nūc hic

Lucani de bello Pharsalico subuenit locus .

quis nolle ab isto

Ense mori ?

§ 2. 1. 6. μίδεια,) antea, sed male, legebatur μύδεια, nos substituit μίδεια, quando hic Medæ nomen otiosum esset, Erab re longe alienum: nam Apollodorus de vrbe hic, cui Midea nomen fuit, non de mulieris nomine loquitur . est enim μίδεια per i non per u, ait Stephanus, πόλις ἐν Ἄργεϊ, ἢ τῷ κώμῃ, ἢ πρὸ τῶν πόλεως πόλις, ἀπὸ μιδείας τῆς ἀλφειᾶς θυγατρὸς, λέγεται καὶ χωρὶς τῆς i μίδεια, ἔστι δὲ καὶ ἐπὶ πόλις βοιωτίας· ὁ μὲν ἔπος οἵ τε πολυστάφυλον τ' ἀρνίω ἔχον, οἵ τε μίδεια, ὅτι καὶ λυσίχου ἄλλη . quæ hunc in modum Aegius vertit . Midea oppidum est Argiuorum, quod nunc vicus est, ac prius Persei ciuitas fuit, dicta à Midea Aloei filia . scribitur adhæc sine i, in penultima, est etiam alia Midea in bæotia, Homerus .

Vitiferamq; Arnen veniunt, Mideamq; colentes, Pausanias etiam meminit huius vrbis .

§ 2. 1. 10. πόρσιν,) id nominis in omnibus exemplaribus abest, sine quo locus hic erat vndecunq; insolubilis, & inutilis: quod huic ex Herodoti Polymnia admodum opportune intulisse nos arbitramur, ne ue nos mendacij argui possimus, subscribenda censui, quæ ad rē faciunt ipsius primarij historici verba hæc. πόρσιν, igitur inquit ille Historiarum pater Herodotus ἐκείνων το δὲ πάλαι ἑπὶ μὲν ἐλλήνων κυφῆτι, ἑπὶ μὲν τοι σφείων αὐτέων, καὶ τῆς πόριθικων ἀφ' οὗ ταῦτα . ἐπεὶ δὲ πόρσιν ὁ Δαναῖος, καὶ διὸς ἀπίκτο το παρὰ

πρὸς κηφεία τὸν ἐλάου, καὶ ἔχει αὐτῇ πλὴν θυγατρός
 ἀνδρομέδαν, γίνεταί αὐτῇ παῖς, τῷ ὀνόματι ἔδρω
 πέρσην, ὅθεν δὲ αὐτῇ καταλείπει, ἐτί γαίαν γὰρ
 ἄποις ἐὼν ὁ κηφύς ἄρσενος γόνου, ἡδὲ τούτου δὲ
 πλὴν ἐπωνυμίαν εἶχον. idest, pro his qui græcè nesciūt.
 Persæ vero quondam à Græcis quidem Cephenes uocaban-
 tur: sed suo ipsorum, ac circa finitimorum Artæi dicebātur.
 Vbi vero Perseus Danaes, & Iouis filius ad Cepheum Beli
 se contulit, & eius filiam Andromedam uxorem accepit, eiq;
 ex ea gignit filium, cui nomen Persen imposuit. Hunc ibi reli-
 quit apud auum, quod tum Cepheus mascula prole carebat.
 ex hoc itaq; id cognominis sunt consecuti. hætenus Herodo-
 tus. Sed & paulo inferius eodem in libro, ubi Xerxen loquen-
 tem inducit his verbis. ἡμεῖς νομίζομεν πέρσην εἶναι,
 ἀπὸ οὗ ἡμεῖς γηγόνεμεν, παῖς δὲ πέρσεως τῆς δαναέης
 γεγονότα ἐκ τῆς κηφείας θυγατρός ἀνδρομέδας,
 quod est latine. Nos existimamus Persen esse à quo nos orti
 sumus, Persei Danaes filium, natum ex Andromeda Cephei
 filia: viden' igitur mi Fului suauissime, quātopere ad Apollo-
 dori locum Herodoti testimonium faciat? ex quo immorta-
 lis ipsius breuitas mirifice explicatur.

§ 2. 1. 18. ἀλκείως,) ne cui sit mirum rogo, quādo pro ἀλκαίου
 scribam ἀλκείως, nam sæpissime legi ita scriptum apud
 Græcos unū idemq; nomen. Hesiodus in Clypeo ἀλκαίου οὐ
 vsurpauit genituum ab ἀλκαίου. Pausanias autem in Ar-
 cadicis de eodem nomine ἀλκείως sicut ἀχιλλέως dixit,
 quod non rationi dissentaneum esse videbitur, si ἀλκείδης
 patronymici originem perspiciamus.

fol.pa.li.

§ 2.2.4. πῖ δρέλαος. ἔ πῖ δρέλαος dici potest dorico more.

§ 2.2.11. αὐτίοχος,) Isacius apud Lycophronem pro αὐτίοχος, ἄμπλον nominat.

§ 2.2.21. μιδείας,) nos pro μιδείας, μιδείας reposuimus, ἔ probè Sic.n. castigatè legitur in Pindari commentarijs.

§ 3.1.15. προσέχοντος,) sic nos castigauimus ex Isacij in Lycophronem commentarijs: ἔ id ratio exigebat; nam antea προσέχοντας in manuscriptis omnibus erat.

§ 3.1.2. Polyxeno. is Iasonis ex Medea filius fuit, ait Pausanias in Corinth.

§ 4.1.21. vbi legitur ab hostibus intellige vulpem illum (ne dicam illam) Thebanam regionem deuastantem cum suis affeclis, ἔ prædonibus.

§ 5.1.6. ἐκταμηνιάου.) Theocritus in Herculillo. θεαμήνου reponi possit, sed nihil ego demutarim, suam enim Apollodorus habet auctoritatem, ἔ eam quidem admirandam.

§ 6.1.3. λίνου,) δὲ μόλπου Theocritus ait.

§ 6.1.15. vbi ab imperitis, ἔ caligantibus typographis scriptū est imperantem, reponendum irritantem, sic enim vertere placuit dictionem græcam ἀρξάντι. secutus Ciceronem in Milone, qui vi irritare, ἔ ferro laceßere aliquem dixit. omitto hic, quæ à Budeo in commentarijs suis græcis, ἔ Petro victorio, in rhetoricis Aristotelis ad Theodectem enarrationibus doctissime recensentur cum ex Demosthene. tum ex Aristotele pro explicanda græca hac ἔ attica ratione loquendi ἀδίκων χειρῶν ἀρξάν.

§ 6.1.19. βουφόβια. prius βουφόβια, litera transposita legebatur.

fo. pag. li.

57. 1. 9. ὀρχηστῶ, cuius in locum ὀρχηστῶ restituiamus, ex Stephano, & Homero. vbi hæc.

ὀρχηστὸν θ' ἰδρὸν ποσιδῆϊον ἀγλᾶν ἀλγος.
Onchestumq; sacrum Neptuni numine lucum.

58. 2. 15. ἰδρεῖ. desideratur huic dictioni syllaba, quare scribendum est ἰδρεῖον.

58. 2. 2. πρ' Ὀρύτου, ante quam à nobis id laboris interpretandi Apollodori, & eius monstrorum conficiendi, vtcunque liceret susceptū esset, πρ' αὐτῷ in nominatis superius à me codicibus omnibus scriptum inuenimus. Quæ lectio à veritate abhorret maxime, nos igitur loci illius, vbi, quæ à varijs præceptoribus Hercules didicisset, inter cetera idem Apollodorus Herculem sagittandi artem ab Euryto accepisse dixit, non immemores, hic pro αὐτῷ, Ὀρύτου castigamus, cui lectio aduersaturum arbitror neminem.

59. 1. 21. αὐτῷ scribe αὐτῷ aspirata priore, siue ἐαυτῷ.

59. 1. 22. pro ἐκρυβῆναι, scribe εἰσκευβῆναι πύθον χαλκῶ. Diodorus Siculus libro rerū fabulosarum quinto. huic loco astipulatur his verbis latine, Eurystheus inquit, a pro conspecto perterritus in æreo se vase abscondit.

59. 2. 17. εἴ τι νὶ τὸ πῶ. placet & χώρῳ.

59. 2. 21. πεπρωμένοις, lege πεπρωμένοις, cum, v. in secūda.

60. 2. 1. κερᾶν, χρυσόκρων Tzetzes in suis carminibus, et Pindarus ode. 3, Olympiorum appellant.

63. 2. 19. προσέξατο, possumus hic etiam προστάξατο legere, vt dicat hanc ærumnam non imperauit Eurystheus, verior est tamen prior.

63. 1. linea vltima, παλῶδες. sic scripsimus, Apollonij locum se

u y

cuti Argonauticorū libro secundo hisce versibus.

Οὐδὲ γὰρ Ἡρακλῆς ὁ πῶτ' ἤλυθεν ἀρχαδίηνδε,
 Πλωΐδας ὄρνιδας συμφαλίδας ἔδενε λίμνης
 ὧσαοδαὶ τόχοι πικρὸς sic Aegius ut potuit barbarè vertit.

Namq; nec Alcides, quo tempore venit in altam

Arcadiam, volucres Symphali, nomine dictas

Ploidas, infectis Lernæo felle sagittis

Cænosis validus potuit dispellere ab undis.

Hasce aues Apollonius Πλωΐδας appellavit, quod ea in palude natent, sic etiam Seleucus in miscellaneis, & Charon Apollonij huiusce familiaris nominavit, ubi de Apollonij historiis scribit. Nec tamen nihili faciendâ est lectio vulgata per manuscriptos libros Apollodori, scilicet ἃ Πλωγοί, id est innumeræ.

64. 2. 3. ἡΐμου, ὄρμος notatum erat in omnibus codicibus, & erant mihi vertenti hunc auctorem. sed Stephanus ἃ Ἐδουρα urbem ab Abdero Erimi filio dicit fuisse nominatam, & Herculis amasio. ἡΐνον per v, scriptum inuenio apud Tzetzen, qua de causa operæpretium me fecisse puto, si pro ὄρμος, ἡΐμου duorum scriptorum innixus testimonio, scripsi.

65. 2. 6. δασύλου, prius in oībus exēplaribus pro δασκύλου, visebatur. Sic. n. id nomen Apollonius Rhodius lib. 2. recensuit, cum inducit Lycum Dasylī Argonautas alloquentem.

Δασκύλου εἰ μεγάροισι κατὰ τὸ πᾶρὲς ἐμείοι. i. Dasylī ibi nostri tectis genitoris in altis.

Deipylum hunc nominat Cæcis duobus in locis: quare hinc facessat Daslycus, & in eius locum accedat Dasylus.

65. 2. 19. μύγδονα, pro μυγάονα annotauimus, id enim nomē

sic scribit Cæcis, & Apollonij Rhodij interpres.

65. 2. 14. *Θεμισκύρα*, pro *εἰ μισκύρα*, quæ ἀκίφαλος erat dictio, substituiimus *Θεμισκύρα*, quæ ciuitas est contra Thermodontem, legitur Themiscyra ἀκρά apud Apollonij Rhodij scholiastes. eodem folio, & linea. 13. post dictionem *πιθουλόν* exemplari Metelliano; de Farnesiano, & Tettiano codicibus mihi sæpenumero citandis, adieci hæc paucula per necessaria huic historiæ (*καὶ δώσω τὸν ζώνηρα ὑποχουμίλῳ*), idest & zonam se daturam pollicente.

66. 1. 1. *ἐκ δόλου*, de *ἐκ δῆλου* fecimus, rectè, ni fallimur. Apollonij scholiastes variæ sunt, inquit, de cingulo sententiæ, nam sunt, qui illud fuisse Hippolytæ scribant, alij vero Deilycæ. At Ibycus in priuata historia Briarei filię fuisse ait.

66. 2. 25. Hic ingressu geminatus Typographorum lapsus, ut procreati, pro procreatus, & fuerant, pro fuerat, composuerint. ignoscendum est bene potis.

68. 1. 7. hæc paucula relicta sunt, remittenda in suum locum statim scilicet, post verbum, est, in linea septima.

In Siciliam tranauit.

69. 2. 10. quem, vacat, quare delendum est, & pro, quod in eadē linea, scribe quos.

70. 1. 7. *ἀμφιδάματα*, & *ἰσιδάματα* eundem virum vocat apud Apollonium scholiastes, ita virumque rectè scribi potest.

71. 1. 11. quod κοινόν, in omnibus quos vidi, & legi codices, verti ego commune, sed eius loco substituendum est κενόν idest vanum, vacuum, ne, quæ lectio probabilior fuerit.

fo. pag. li.

72.1.24. ὄνον, nos ex fabula, quæ transformationum libro 6. apud Ouidium enarratur pro ὄνον, subiicimus ὁ τον.

72.2.1. Athenas,) scribite Thebas, Θῆβαις enim græcè è regione habetur.

73.1.8, τυχῶν,) in huius lectionis locū, nos τευχῶν, scripsimus.

73.2.13. reponendum post, sed, Eurytas, omissum per ebrietatem ab officinæ opificibus.

73.2.17. κέρκοπας,) passim in omnibus exemplaribus sic habetur, nos κέρκοπας restitūimus. Cercopas duos fuisse inuenio, quorum hæc fuerunt nomina, Passalus, & Echemus siue, ut alij volunt, Candalus, & Atlas.

74.2.23 sunt hac in linea verba hæc derelicta in officina, (ex qua postea Teucrum Telamo gignit), post dedit, sunt addenda.

75.1.5. τί ποτε δοῦ(αυ αὐτ' αὐτῆς,) sic in exēplaribus, quibus nos utebamur, omnibus exaratum erat; suboscuro sane locus est, ob breuitatem: cuius admodum studiosus Apollodorus suus se videtur: quare nos particula adiecta duntaxat, & pro αὐτῆς, legimus, αὐτῆς, ad hunc modum, τί δὴ ποτε δοῦσαν αὐτ' αὐτῆς. Isacius autem in suis in Lycophronē commentarijs, explicatius hunc locum tractat, cuius verba hic sub scripsisse non pigebit. τότε, inquit ille, Ἡρακλῆς, καὶ τῇ Ἡσιῶνι χειρίζεται, ὃν αὐτὴ ἐδέλη τῆς αἰχμαλώτου ὠνήσασθαι, ἢ δὲ τινὲς αὐτῆς δοῦ(α καλύπτειν, τὸς ἀδελφὸν αὐτῆς ποδάρκην ἐπείατο, ὅθι ἐκλήθη, καὶ πρίαμος, idest, tum Hercules Hesionæ indulget, ut quem de captiuis velit, sibi mercari liceat, tum illa dato flammæ suo Podarcem fratrem emit, unde illi Priamō cognomen tum mansit.

fol. pag. li.

75. 1. 20. νῦν,) νῦν τε, prius ex quatuor libris manuscriptis notatum erat, nos autem ex Ioanne Tzetze in historiā chiadibus, νῦν castigauimus. nihil. n. νῦν τε, hic significare potest.

76. 2. 9. μολοῖ κεν,) in manuscriptis μολπικὼν legitur. ego vero, nescio an audaculus fuerim, cum priorem lectionē haud quaquam idoneam excluderim, ac pro ea, quod de canibus est hic mentio substituerim, μολοῖ κεν.

77. 2. 20. ἀπειροδία,) in Metelliano, εἰς αὐτὸν habetur.

77. 2. 28. ἀρμυρίου,) in omnibus planē scriptum sic inueni, cuius loco apposui αἰμονίου, sic. n. in argumento, siue manus, hypothesis Trachiniorū Sophoclis, vbi haec omnia ex Apollodoro transcripta visuntur, quae maximum in modum ad diuinā illius tragœdiam faciebant: de qua hypothesis rursus plures hic locos castigauimus.

78. 1. 5. ἀφ' ὅσον,) ex Trachiniorū Sophoclis argumēto, ἀπὸ ὅσον in margine annotauimus, non deleta tamen lectione manuscripti codicis Alexandri Farnesij cardinalis Romani, cuius nomē honoris gratia hic subinde à nobis memoratum est, utranque sanē lectionem probo, & si priorem verterim. ἀπὸ ὅσον, tamē typographus è margine velut emendatiorem lectionem in operis contextum clam me ingressu. ἀπὸ ὅσον, itaq; illaboratum verito: ne dictio haec ingesta per errorem, non interpretata remaneat.

78. 2. 9. φύλας,) in manuscriptis φύλας per Δ', male notatum erat. Nos φύλας ex eodem in Trachinia argumento reddidimus, cuius nominis alibi hoc in opere fuit mentio.

78. 1. 21. παύσας,) παύσας in alijs, utrunq; laudamus.

u iij

78. 1. 22. Ὀνομον,) alibi εὐνομον. εὐνομον Siculus Dios-
 dorus habet libro quinto. lege, ut libet, nihil me mouet. quo-
 niam omnes hae lectiones suum habent astipulatorem. nos ta-
 men Ὀνομον legimus. Hunc Pausanias in Corinthiacis
 κύαδον appellat, qui Oenei à Cyathis fuit, græcè οἰνοχόος,
 et κατὰ χειρὸν δίδους, quem latini etiam à poculis vo-
 cant. Quòd autem Eurpomus à poculis Oenei fuerit, et quòd
 κατὰ χειρὸν δίδουαι hic apud Apollodorum significare
 videatur, non dare aquam manibus (ut ex multis apud Athe-
 næum locis libro nono probatur) sed pocula miscere, id Pau-
 sanias in Corinthiacis, cuius locum ad verbum transcripse-
 mus, clarissime docet. λέγεται δὲ, αἶτ, καὶ ὧδε ὑπὸ
 Φλιασίων λόγος Ἡρακλέα, ὅτι ἐκ λιβύης ἀντισώσαν
 κομίζων τὰ μῆλα τὰ ἐσπερίδων καλούμενα, ἐς Φλι-
 θῶν τὰ ἐλθεῖν κατὰ δῆτι ἴδιον, διατωμλίου δὲ αἶ-
 τωῦδα, οἰνέα ἐξ αἰτωλίας ἀφικέσθαι πρὸ αὐτόν.
 ἐρχόμενοι δὲ τῷ Ἡρακλεῖ κενεσίης. τότε δὲ ἀφικμέ-
 νος εἰσία τὸν Ἡρακλέα, ἢ αὐτὸς εἰσία τὸ ὑπὲρ ἐκείνου.
 κύαδον δὲ οὕτω παῦδα οἰνοχόον οἰνέως. οὐ γὰρ ἀρεοδίς
 τῷ δοδῶσι πόματι, παῖει τῆς δακτύλων ἐνὶ ἐς πλὴν
 κεφαλῶν, ἀφροδανόντος δὲ αὐτίκα ὑπὸ τῷ πλὴν.
 Φλιασίοις δὲ οἶκον εἰς μνήμεν, τούτῳ ὠκοδόμη-
 ται μὲν πρὸ τὸ ἰδρὸν τῷ ἀφροδανόντος. ἀγόμενα δὲ
 λίθου πεποιημένα ἔχει κύλινθον ἔχοντα Ἡρακλεῖ τὸ
 κύαδον. Quæ sic Aegius vertebat. Ceterum vulgarissima est
 fama apud Ὀβίσιος: Herculem, quo tempore à Libya cū ma-
 lis Hesperidum incoluntis euasit, priuati cuiuspiam negotij

ergo Phliuntem aduenisse, ad eumq; illic agentem Oeneū eius
 socerum ex Ætolia se contulisse. quò cum peruenisset, ab eo
 Hereulem conuiuio inuitatum, aut hunc ab Hercule acceptū
 fuisse. Cyathus autem à poculis Oenei, quod in propinandis
 calicibus minime satisfecisset; vno digito caput percussus, ex
 istu puer repente extinctus est; condita igitur apud Phliasias
 rei gestæ memoriæ causa visitur cella, non praeul ab Apolliz
 nis æde, vbi marmorea sigilla sunt, quæ Cyathum Herculi po-
 culum præbentem habent. Ceterum Athenæus cum puerū,
 quem Hercules pugno occidit Hellenici testimonio refert, Ar-
 chiam fuisse vocatum, ob quem Hercules Calydone excessit;
 & eodem teste in secundo de Phoronide Cheriam nominat.
 Sed Herodorus in 17 libro de Hercule, Ennomum eum voca-
 ri ait. Sed Cyathum Poletis filium, & Antimachi fratrem
 nolens Hercules, dum ei pocula propinat, interfecit, vt memo-
 riæ tradit Nicander in secundo Oetaicorum. cui etiam sanū
 in loco ante urbem ex ædificasse Herculem narrat, quod suis
 quoque temporibus appellari pocillatoris sanum scribit.

79. 1. 1. Ἰτῶνα,) Ἰτῶν, in manuscriptis, quod nihil hoc in loco
 significat. nos Ἰτῶνα, ex Alexandri Farnesij libro, Car-
 dinalis Romani, Vaticanæ Basilicæ Flaminis optimi: casti-
 gandum esse duximus, Ἰτῶν, verò ait Stephanus, urbs est
 Thessaliæ, Cæcis, siue, vt maus, Tzeizes, quo se ipsamet co-
 gnomento appellat, in historiæ chiliade 2. ubi de Her-
 culis actis copiose admodum scribit. αἰεὶ δὲ διὰ χόμλους
 τῶν Ἰτῶν ἵστατο χόμας, qui locus ad Apollodorum intelli-
 gendum facit, nam Herculem legimus Thessaliā terram de-
 vastasse.

fo, pag. li.

79.2.15. μινυείων,) hic nos μυλιδέων, edendum curauimus, at impressor adscriptam ē regione μινυείων, ingerere maluit, contraquā nos verteramus; vtraque tamen lectio recipi potest. nam Melienses, & Minyæ in Thessalia sunt Populi.

80.2.3. poculum,) scribo philtum, nam & si Philtum sit amoris propriè poculum, hic tamen, Φίλτρον, verto philtum: quod est etiam latinis receptum, & Ouid. in arte vsurpauit, cum dicit,

Philtum nocent animis, vimq; furoris habent.

& Iuuenalis,

Hic Thessala vendit

Philtum, quibus valeant mentem vexare mariti.

Ad hæc Hyginus, ubi de Nessō agit. Ille, inquit, moriens cum sciret sagittas Hydræ Lernææ felle tinctas quantam vim haberent veneni, sanguinem suum exceptum Deianiræ dedit, & id philtum credens conditum diligenter seruauit.

80.2.3. ποίαν,) Φιλοκτήτης. Diodorus libro quinto.

80.2.8. ποίαν παρών κατὰ ξήτησιν ποιμνίων ὑφ' ἡμῶν, τούτω, καὶ τὰ τόξα ἐδωρόμεθα τῷ Ἡρακλῆϊ. Apollodorus hic Hercules pyram à Pæante succensam fuisse apertissime dicit, eaq; de causa illū ab Hercule sagittis donatum fuisse dubio procul affirmat. Hunc locum superioribus diebus cum Hilermo Sirletio me contulisse memini, ab eoq; quesivisse, quid nam de eo Apollodori loco sentiret, tum ille Apollodorum contra omnium planè sententiam, eam de Pæante historiam recensere dixit, mihiq; ut est vir memoriæ singularis, vnum, alterumue ex Sophoclis Philoctete locos, memoriter recitauit.

tum quoque in mentem mihi reuocauit, ut in secundo variarū
 Petrus Victorius Ciceronis *μνημονικὸν σφάλμα* hic
 esse scribit, quod à Philoctete Herculis rogam inflammatum
 fuisse, & ab Hercule sagittas accepisse retulit, in 2. Tus-
 cul. quæst. libro. Eaqu; in re Victorij sententiam Hilermus
 noster non satis probare mihi visus est. Ego verò neq; ita mul-
 to post reuoluendis rerum scriptoribus totum me tradidi, ut
 an Cicero memoriolæ vitio peccasset tandem reperirem. re-
 uolutis itaq; infrascriptis hisce cum Græcis tum Latinis aucto-
 ribus eorum omnium calculis Ciceronem rectè dixisse, neque
 vlllo memoriæ lapsu deerrasse inueni. quare mi Fului, si hanc
 rem paulo, quàm ad annotatiuncularum mearum modum spe-
 ctat, latius enarro, æquo animo feras, nam Cicero noster, cui
 plurimis nominibus nemo non debet, à Calumniola defendē-
 dus est omnino. Sed iam à Sophocle, quem ipse testem ad-
 ducit, incipiamus. Is enim pro Cicerone audentissime stare vi-
 detur his in Philoctete senarijs, vbi Neoptolemum alloquitur
 Philoctetes.

Οσιὰ τε φωνεῖς, ἔστι τ' αἰ τέκνον. Δίμυς.
 ὃς γ' ἡλίου τόδ' εἰσορᾷν ἐμοὶ φάος
 μόνος δίδωκας, ὃς χθον' οἱ ταῖα ἰδεῖν,
 ὃς πατὴρα πρέσβυν, ὃς φίλους, ὃς τῆς ἐμῆς
 ἐχθρῶν μ' ἐνὸρθεα ὄντ', αἰέσσεις πῶρα.
 Δάσσει. παρέσαι τὰν τά σοι, καὶ διγγάνειν,
 καὶ δόντι δύναι, καὶ ξεπύξαομαι βροτῶν
 ἀρετῆς ἔκατι τῶν δ' ἐπιφῶσαι μόνον.
 ὁρᾷ γ' ἡ γὰρ αὐτὸς, αὐτ' ἐκ τῆς σάμης.
 Hæc Sophocles, qui manifestissime docet ab Hercule sagittas

Philoctetem dono habuisse. quin etiam idem paulo inferius,
quod te minime fugit, comprobat.

ἐμπρησόν, inquit, ὦ Ἥρωναίε, καὶ ὅτι ποτὲ
τὸν τῷ Διὸς παῖδ' αἰὲν ἔτρεφε τῷ δὲ τῷ δ' ὁ πάλων,
αἶνῳ σὺ σώξῃς. τοῦτ' ἐπιξίωσα σπᾶν. Et cetera ibi.
Subdam hic Senecæ tragici ex Hercule Octaëo eadem de re
pro Cicerone locos. ille. n. Philoctetem inducit sic loquentē.

læto venit ecce vultu,

Quem tulit Pæas, humerisq; tela

Gestat, & notas populis pharetras

Herculis heres. heredem, ut vides, appellat Herculis, Pæanz
tis filium. Et idem eadem ex tragœdia non longè à supe-
riore loco, inquit.

Ut pressit Octen, ac suis oculis rogam

Lustravit, omnes fregit impositus trabeis,

Arcumq; poscit, accipe hæc, inquit, fate

Pæante dona, & munus Alcidae cape. Ecquid mi Fului pus-

tas Victorium illum nostrum id negaturum tam clarum testi-

monium? quo Philoctetem & ignem rogo subiecisse, & ab

Hercule sagittarum munus accepisse, non Pæantem patrem

Seneca suo cū Sophocle docet. et mox subijcit.

Nec fallor vnquam dexteram hic arcus tuam

Librare telum didicit, et certam dare

Fugam sagittis: ipsum non fallunt iter

Emissa neruo. tu tantum precor

Accommoda ignes, & facem extremam mihi.

Et reliqua ibi ad hanc rem facientia omitto. Stat etiā

Ovidius in transformationibus apertus pro Cicerone

defensor hoc suo testimonio .

'at tu Iouis inclita proles
 Arboribus caesis, quas ardua gessit Oete,
 Inq; pyram structis, arcum, pharetramq; pacem
 Regnaq; visuras iterum Troiana sagittas
 Ferre iubes Poëante satum, quo flamma ministro
 Subdita, dumq; avidis comprehenditur ignibus agger .
 Adhæc Dictys Cretensis, quem cum Idomeneo in bellū Tro-
 ianum profectum fuisse aiunt, Philoctetem, ubi cum ad Deos
 rediret Hercules, eius tela dono accepisse memorat. Id neque
 Lucianum latuit, id neque Servius noster ignorasse uidetur,
 qui in Aeneidis tertio, Philoctetes, inquit, Poëantis filius Her-
 culis comes, quem Hercules cum hominē in Oeta deponeret,
 petijt, ne alicui sui corporis reliquias indicaret, de quare eum
 curare compulit, & ei pro munere dedit sagittas hydræ felle
 tinctas, & reliqua ibi . Ecquid num Siculus Diodorus longe
 antea id confirmavit, cuius verba, quod græci mihi exempla-
 ris copia non est, latina hic subscribam. Hercules, ille inquit,
 desperata salute, ubi in rogum conscendit, rogat, qui cum eo
 erant, ut ignem submittant, quod cū facere auderet nemo, Phi-
 loctetes solus, sagittarū ergo, quas ei Hercules reliquerat, py-
 ram inflammauit, Neq; sanè Homeri in Iliadis . 2. scholio-
 graphum, quisquis ille fuerit, id præterijt. ε'πειδὴ, is inquit,
 εἰ μάρτο χωρὶς τῆς ἡρακλείου τοῦ ξων μὴ ἀλδῶναι τὴν
 ἱλίου. εἰ χε δὲ τῶν ταὶ ὁ φιλοκτῆτης ἐαδεί τα αὐτῶ
 ὑπὸ ἡρακλείου . καὶ δ' ὁ μηδενὸς θελήσαντος ἄλλου
 ὑπὸ φάει ἐν τῇ αἰτῇ τὴν ἡρακλείου πόρην ἐν τῇ τε-
 λα τῇ, ὅφυνται ὁ φιλοκτῆτης . Tela hic Herculis, Phi-

loctetem filium, pyram hic Herculis, Philoctetem non Poean-
tem patrem succendisse manifestò refert, memoriolæ ne vitio
Cicero errauit, cum tot præclari pro eo testimonia dicant
auctores? Huc accedat Philostrati locupletissimi testis ex ima-
ginibus auctoritas. Ἰδράπων, inquit hic, ἐγλίξω τῷ
Ἡρακλεῖ ὁ Ὀλοκτῆτης ἐκ νηπίου, ὃ τε καὶ φοβὸς ἦν
οἱ τῆς τόξεων. ἃ δὴ ὕδρον μισθῷ ἔλαβεν παρ' αὐτῆς
τῆς εἰς τὴν πύραν ὑπουργίᾳς. Comitem, administrūq;
Herculis Philoctetem ait Philostratus, ac mercedis ergò sagit-
tas ab eo accepisse pro subiecta in rogam Herculis flamma.
subnectamus & alterum ex Heroicis clarissimum illud tanti
viri testimonium, cum dicit. Ὀλοκτῆτης ὁ ποίαντος ἐ-
στράτευσε μὲν ὀψὲ τῆς τρώϊκων, ἄριστα δ' ἀνθρώ-
πων ἐτόξευσεν, Ἡρακλείῳ φασι τῷ ἀλκμήνης μα-
θῶν αὐτὸ, καὶ κληρονομῆσαι λέγεται τῆς τόξεως,
ὃ πότε Ἡρακλῆς ἀπὼν τῆς ἀνθρωπείας φύσεως, αὐ-
τὸν τε πᾶρεσθαι, καὶ τὸ ἐν τῇ οἰτῇ πῦρ. Intelligi
ut hoc quoque in loco Philoctetem pyram æτεᾶ succendisse,
& ab Hercule sagittas accepisse cum Cicerone Philostratus
scribat. subijciatq; ἐλθεῖν δὲ Ὀλοκτῆτην ἐς τρώϊα
οὐτε νοσῶντα, οὐτε νεοσθηκόπι ὁμοιον, ἀλλὰ πο-
λιὸν μὲν ὑφ' ἡλικίας, ἐξήκοντα γάρ που ἐτῆς γε-
νία, σφειτῶντα δ' παρὰ πολλοῦ τῆς νέων, βλέ-
πουντε δεινότεα τὰ ἀνθρώπων, καὶ φθίγγεσθαι βρα-
χυλωτάτα, καὶ ὀλίγοις τῆς βουλῆς μάτων ξωπύ-
θεσθαι. Senem, ac robusto iam corpore, ac viribus constan-
tem, ait Philostratus venisse Philoctetem ad bellum Troianū.
Demum, si placet, Cointum illū Smyrnæum, cognomento Ho-

mericum huc tanquam Colophonem addamus, is. n. suprascrip-
torum auctorum sententiæ mirifice fauens, subscribit Ἀΐδης
μεθ' Ὀμηρον libro 10. vbi Herculem arma sua à Volca-
no fabricata Philoctetæ Pœantis filio dono dedisse narrat,
eumq; illius amicum, ac contubernalem fuisse refert, cū ait.

Καὶ τὰ μὲν ἀρ' ἐτύξαντο κλυταὶ χέρου ἠφάεσσι

ὀβριμῶ Ἡρακλῆϊ, ὃ δ' ὦπασε παῖδ' ἀφ' ὀφρύων

ποίαντος, μάλα γ' ὁ μορῶπιος οἱ θέλος ἦεν,

αὐτὰρ ὁ κυδιόων ἐπύχεσι, δάμνατο λαοῦς.

Quos versus sic vertit Quintinius Spineus ciuis meus, iuuenis
quidem eruditus, & ingeniosus.

quæ quondam inuictus doctam fabrefacta per artem

ALCIDES VOLCANE tuam gestauerat arma,

Oetæo ad superos iāiā rediturus ab igne, πρᾶφρασικῶς

Illā Philoctetæ charō donauit alumno. Is versus est.

Hiscē sed exultans telis Pœantia proles

Nunc hos, nunc illos hosteis demittit ad orcum.

IN LIBRVM TERTIVM. ANNOTATIONES.

81.1.8. scribe Onesippus, & linea nona adde, Stendedides nomē
omissum à cæcutientibus typorum magistris.

81.2.10. Θεωίου,) Nos autem pro Θείου per τ, scribi
fecimus Θεωίου per π, in secunda, quod alioqui contra
historiæ fidem legebatur, & si omnes, quos vidimus codices,
Θείου habebant.

81.2.14. ἐκμεγάρωσ,) Hic operæpretium me facturam certo scio, si velut eorollarium, Pherecydis ex Pindari Isthmiorū cōmentarijs locū de Herculis, & Megaræ filijs adscribā.

ποδὶ τῷ ἀειθμον ἤν' Ἡρακλέος ἐκμεγάρωσ παύ-
δων διαλλάττοιτ', Διονύσιος μὲν ἐν πρώτῳ κύ-
κλων, Θηέμαχον, καὶ Δηϊκόωντα. Εὐεπίδης δὲ
περὶ Θησιν αὐτοῖς, καὶ ἀεισόδημον. Αἰνείας δὲ ὁ
ἀργεῖος Θηέμαχον, κρεοντιάδην, δηϊκόωντα, δηϊόνα,
φωρεκύδης δὲ ἐν δευτέρῳ, αἰτίμαχον. κλύμηνος,
γλῶκτον, Θηέμαχον, κρεοντιάδην. Σάπτος δὲ ἐν τῷ αἰτί-
κων ἱστορίων. πολύδωρον, αἰϊκήδον. μακισόφονον, πα-
φροκλέα. τοξόκλυτον. μινεβρόντην, χερσίβιον. Ἡρό-
δωρος δὲ καὶ δίδωσι μαιῆναι τὸν Ἡρακλέα, ἐκθαυ-
ρῶν δὲ ὑπὸ σιγῆλου, ὡς φησι μινεκράτης λέγων αὐτῷ
ὅτ' ὑοὺς εἶναι οὐκ ἔστι, καὶ καλεῖσθαι οὐχ Ἡρακλείδης,
οὐδ' ἔτι γὰρ Ἡρακλῆος ὠνομάζετο, ἀλλὰ ἀληθείδης.

Hæc nos, ut facilia, non latine reddidimus. Nec tibi mirum sit Fului amantissime, si quædā vertimus, sic enim his, qui græcè non admodum sciunt, benè consulendum censemus. Tu vero hac ope non indiges, quem scimus quantopere non modo latine, sed græcè profeceris, quosq; in græcis exemplaribus, ac latinis peruvoluendis, intelligendisq; noctes peruvigilaueris, & pergis adhuc omnia rimari. Necnō tuis vigilijs ut HORATIVS VERSIVS gentilis tuus, intra paucissimos menses, altissimos quosq; annes sine, & cucurbita, & cortice, pernature possit, nihil reliqui facis. Jam ad reliqua.

81.2.22. αὐτῆς τῆς ἀλεοῦ τάλεφος,) ἀσούχης τῆς φύ-
λατος,

λαυτος,) Hic de Auge Telephi matre loquitur, & Astyoche.
 non tamen de ea quæ soror fuit Priami, de qua in hisce Coin-
 ti Smyrnæi ex ipsius libro sexto est mentio, ubi multa de Eu-
 ryo: quem natum esse ait Cointus Smyrnæus ex Astyoche
 Priami sorore, sic ille.

Τὸν γὰρ δὴ τέκε δῖη κασιγνήτην πριάμοιο
 Ἀστυόχην, κρατερῇσιν ὑπ' ἀγκοίνῃσι μετ' ἱερῇ
 Τηλέφου, ὃν ῥα καὶ αὐτὸν ἀταρβέϊ Ἡρακλῆϊ.
 Ἀλκιδεὺς δ' οἷοι τοκίος εὐπλόκαμος τέκεν αὖ γη,
 καί μιν πῖτ' ὄντα, καὶ ἰχ' ἀνδῶντα γάλακτος
 ὄρεψ' ἀπὸ ποτε κεμμάς, ἐὼ δ' ἴδ' ὀϊλάδ' νεβρῶ
 μαζὸν ἔπαρχομένη βουλῇ Διὸς, οὐ γὰρ ἔώκα
 Ἐκρονον Ἡρακλῆος οἷζυρ' ὡς ἀχλὺς ἄσαι.
 quæ sic latine.

Huc (Eurypylus, s.) Priami nã Dia olim germana creauit.
 Astyoche, Herculei validis astricta lacertis
 Telephi, & intrepido clam nata parentibus ipsis
 Alcide peperit rutilis quem criminibus Auge.
 Vberibusq; suis infantem nutrit, & quem
 Hinnuleum vi velox dilexit cerua tenellum,
 Submittens nutu Iouis ubera, nam tua proles
 Alcide perdi misere non posse videtur.

Quoniam haud importunè de Cointo, quem falso Calabrũ ha-
 elenus passim cognominarunt, incidit mentio, hic tantisper, ab
 annotationibus & castigationibus nostris digrediar, dũ Coin-
 to cognomentum, patriam, ac regionem restituam: vt inuulga-
 tum illud Calabri cognomen, & per inscitiam quandam supi-
 nam illatum, intrusumq; in hominũ ora, posthac tollatur omni

no. Quintum igitur hunc, quem ego Cointum græco de nomine $\kappa\omicron\iota\nu\tau\omicron\varsigma$, formatum latine ratione censeo appellandū, verbi causa, quemadmodum de nomine $\Phi\iota\lambda\iota\pi\pi\omicron\varsigma$ fit nobis Philippus, sic de $\kappa\omicron\iota\nu\tau\omicron\varsigma$ Cointus fiat. Nanque huius poetæ nomen nequaquam a Quintus latino vocabulo formatum, est more græco Cointus. Non enim hunc poetam Romanū, italū ūe fuisse inueniri vsquam puto, Nam si Romanus aut Italus fuisset, potuisset velut de latino nomine declinari græcè $\kappa\omicron\iota\nu\tau\omicron\varsigma$. Sed, quia nec Rōmānum, neque Latinum huc poetam fuisse scimus: ipsum a græco nomine, more Romano ut de $\Phi\iota\lambda\iota\pi\pi\omicron\varsigma$, Philippus dicitur, sic ille a nobis de $\kappa\omicron\iota\nu\tau\omicron\varsigma$ Cointus appelletur. Vnde autem Calabri Cointi cognomen inditum fuerit, non video; nisi, quod annum abhinc supra nonagesimum repertum extra Hydruntē, in æde Diui Nicolai Cassulorum, seruatumq; a Bessarione Tusculanorū Episcopo Cardinale, & in lucē editum, a loco postea Calabrum velint dictū fuisse. Cum verò **ACHILLES MAF=FEIVS** basilicæ Vaticanæ canonicus, Vir cum primis bonarū artū studiosus, & omniū generis antiquitatis perpetuus assertor, copiā mihi, ut est Aegy sui amatissimus, fecisset primi Cointi huius derelictorū libri, tralationis interito in interprete, hoc titulo **QVINTI SMYRNÆILIAS**. hinc ego coniungere cœpi Calabri cognomen tanto poetæ inditum, spurium esse, ac supposititium: quocirca totum ab initio ad calcem hunc auctorem deuorare aggredior, ut ex eius libris intelligerem, an qui Cointi primum verterat librum, ex titulo appposito mentitus fuisset, cumq; librum eius operis duodecimū percurrerem, incidi tandem in subscriptos versus, ex

quibus interpretem primi libri non fuisse mentitum, eumq; ex
 usdem Smyrnæum cognominasse deprehendi:

Τοὺς μοι νῦν κ' ἄβ' ἔκαστον ἀναιρομένοισι σάφα μοῦσαι
 ἔπειθ' ὅδ' ἔκαστε βυβλινέσσω πολυχανδέος ἱπποῦ.
 ὑμεῖς γάρ πᾶσαν μοι ἐνὶ φρεσὶ δῆκ' αἰοδὴν,
 πρὶν μοι ἄμ' ὅλ' παρειαὶ κατὰ σκιδναῖσαι ἰούλον,
 σμύρνης ἐν δαπέδοισιν περικλυτὰ μῆλα νέμοντι.
 τρεῖς πόσον ὄρ' μοῦ ἄπαθ' ἐν, ὅσον ἑοδώντος ἀκούσαι.

ἄρτε μιδος ποδὶ νηὸν, ἐλδ' ἑρῶ ἐνὶ κῆρ' ὦ.
 οὐρεῖ οὐτ' ἄλιν χρῶμαλ' ὄν' ὅδ' ὑψόδι πολλῶ. idest.

Magnanimi Heroes quot equi subiere latebras
 Duratei, est animus M V S Æ mihi dicere cantu.

Vos memorate illos, nam me docuistis & ante
 quam mihi pulchra Hebe vestit lanugine malas,

Servanti in Smyrnæ prælustria ouilia campis.
 Ter tantum procul alte tuo rapide Herme fluento,

Quantum hominis vocem licet exaudire vocantis.
 Dictynnæ ad templum, non in servilibus hortis

Non humili nimium, neque celsò in monte locatis.
 Ex his itaq; versibus Smyrnæum de patria dictum, quis

ambigat? quemq; Ioannes Tzetzes in Chiliadibus suis his ver-
 sibus ubi de ærurnis Herculis agit, Smyrnæum nominare nō

dubitavit. cum ait,
 Ο' κοῖντος, δὲ γέ γ' ἔφ' οἱ μά, ὅδ' ἄλ' ὅδ' οὐτόν.

Σωπετ' μὴ μὲν ἔπειθ' κοῖντος σμυρναῖος.

Cointus poeta ἐν τοῖς μεθ' ὁμηρον ab Homeri commentario
 in Iliadem & Eustathio, citatur. Quare posthac, qui Calas-
 brum hunc poetam ὁμηρικῶς τόνον nominavit, ab omnibus

explodendum, ut indoctum, et mendacem esse indicamus.

B 2. 2. 21. σκεῖρονίδης,) prius χειρονίδης præter historice fidē legebatur in manuscriptis mendosis.

B 2. 2. 16. ὑπὸ βαμῆ, nos ἡμαρτε: quæ lectio huic loco est accommodatior: eamq; reposuimus ex Homeri Iliados secundo scholiaste, ubi hæc, ἰσθρήτου δὲ ἅπ' τλιν πόλεμος θεῶν σάμηνος λικύμνιον τὸν μῦθον ἔδ' οὐ γηραιὸν ἄνδρα πᾶρον τὰ ἔσθ' οὐκ ἔστιν οἰκείων ἀμελὲς χειραγωγούμενον, κ' οἷα τὴν ἑκάστην αἰὲν τὸν οἶκόν τιν, καὶ τοῦτου μὲν ἡμαρτε, πολέμοιο δὲ τὸν λικύμνιον, ἀπανοίως ἐπέκτεινε, διὸ ὑναγκάσθην γνέσθαι φυγὰς τῆς πατρίδος. ex hoc loco illucescit hic subobscurus Apollodori.

B 3. 1. 19. αὐτεῖ πε,) in alijs αὐεῖπε, vtraq; lectio proba est.

B 3. 2. 24. σένυρον,) in manuscriptis omnibus σένυρα, quæ dictio quid sibi vellent, nusquam hætenus assequi potuimus. legimus tamen apud Hesychium σένυρον, pro quo ex ipsius expositione σένυρον, pro σένυρον scriptissimus. eaq; ratione: ausi sumus Apollodori locum castigare ad eum modum, donec alicunde lectio melior affulgeat. σένυρον, itaq; huic pro σένυρα reposuimus, quod Isthmi ἐπίσθρον esse videtur. Isthmus enim angustam eam terræ partem, quæ utrinque à mari alliditur, significat. subobscurè planè hic recitatur ab Apollodoro oraculum Heraclidis datum de suo in patriam reditu, et id præsertim ob codicis mendam.

B 3. 2. 1. ἐπήξατο,) antea ex manuscriptis ἐπαλασσε scriptum erat, quam aptè alij iudicent. Nos à re ipsa, quæ de agitur ἐπήξατο castigamus, et pro τῆς λοκείδος αἰτωλίου restituiamus. Naupactus enim, quæ à compingendis navibus

Heraclidarum nomen est consecuta, in Aetolia, non in Locris
de esse legitur, Straboni plenius, Plinio, Melæ & alijs. de qua
Stephanus $\nu\alpha\upsilon\pi\alpha\kappa\tau\omicron\varsigma$, inquit, $\pi\delta\alpha\iota\varsigma\ \alpha\epsilon\tau\omega\lambda\acute{\iota}\alpha\omicron\varsigma\ \alpha\pi\omicron\iota$
 $\nu\alpha\upsilon\pi\eta\gamma\acute{\iota}\alpha\omicron\varsigma\ \tau\eta\varsigma\ \eta\rho\alpha\kappa\lambda\acute{\iota}\delta\omega\upsilon$, $\omega\varsigma\ \epsilon\phi\omicron\rho\omicron\varsigma$, $\kappa\acute{\iota}\ \varsigma\tau\acute{\alpha}\zeta\omega\upsilon$.
possumus manuscriptorum codicum tueri lectionem, de Lo-
cride, quàm Plinius Aetoliæ proximam facit. Hinc Apollo-
dorus Naupactum fortasse in Locride posuisse voluit.

83. 2. 14. $\epsilon\iota\ \delta\epsilon\omicron\lambda\acute{\epsilon}\zeta\omega\upsilon$.) Farnesianus sic habet, Tettianus ve-
rò codex ex manuscripto Rodolphano $\epsilon\iota\ \delta\omicron\iota\omega\iota\acute{\alpha}\zeta\omega\upsilon$, placeat
utrunque. & ibidem, $\epsilon\iota\omicron\mu\omicron\sigma\alpha\upsilon$, $\epsilon\iota\omicron\mu\epsilon\zeta\omicron\upsilon$ Tettiano
legitur.

83. 2. 18. $\iota\ \pi\omega\delta\ \tau\eta\varsigma\ \omicron\ \phi\acute{\upsilon}\tau\lambda\omega\upsilon\tau\omicron\varsigma$, Nos, $\iota\ \pi\omega\delta\ \tau\eta\varsigma\ \omicron\ \phi\acute{\upsilon}\lambda\omega\upsilon$
 $\tau\omicron\varsigma$ ex Pausania in Laconicis hic reposuimus.

84. 1. 1. $\delta\lambda\alpha\ \tau\tilde{\omega}\ \mu\alpha\acute{\nu}\tau\omega\varsigma$, lege $\delta\lambda\alpha\ \tau\omicron\upsilon\upsilon\ \mu\alpha\acute{\nu}\tau\iota\upsilon$.

84. 1. 5. $\epsilon\ \pi$.) antea legebatur $\epsilon\ \tau\eta$, per. η in fine.

84. 2. 18. Messenum.) lege Messena in nominatio.

85. 1. 3. $\kappa\alpha\ \tau\alpha\ \beta\alpha\lambda\omicron\upsilon\sigma\iota\upsilon$.) antea in codicibus meis omnibus, ab
idoctis (vt diximus) librarijs scriptis, habebatur, nos subiecimus
in prioris lectionis locum $\kappa\alpha\ \tau\alpha\ \lambda\alpha\beta\omicron\upsilon\sigma\iota\upsilon$, quæ genuina &
sua est lectio.

86. 1. 14. $\tau\eta\lambda\epsilon\phi\acute{\alpha}\omicron\sigma\tau\alpha\upsilon$.) $\tau\eta\lambda\epsilon\phi\omega\upsilon$ vocat hanc Stephanus in li-
bris de oppidis & gentibus, in dictione $\delta\acute{\alpha}\zeta\omicron\varsigma$. $\tau\eta\lambda\epsilon\phi\omega\upsilon$
eandem hanc mulierem vocat.

86. 2. 6. $\pi\acute{\iota}\pi\tau\epsilon\iota$.) lege $\tau\epsilon\chi\epsilon\iota$.

87. 2. 27. $\omicron\upsilon\gamma\upsilon\mu\acute{\epsilon}\delta\omicron\upsilon\pi$.) lege pro $\omicron\upsilon\gamma\upsilon\mu\acute{\epsilon}\delta\omicron\upsilon\tau\alpha$.

88. 1. 2. $\alpha\ \varsigma\omicron\delta\iota\omega\upsilon\varsigma$.) lege alibi $\alpha\ \varsigma\omicron\delta\iota\omicron\upsilon$.

88. 1. 8. fideicommissis) repone, faciendæ, pro commissi. id madena-
tium chalcographorum sopore commissum est vitium.

fo. pag. li.

88.2.5. λαβών, prius βαλὼν perperam legebatur in omnibus manuscriptis Apollodori codicibus.

89.1.1. ἀταβείων,) Stephanus. & ἀταβείων; prius in vitiatis codicibus ἀταβείων. per ε in media syllaba notatum erat.

89.1.18. criteνiam,) distincte lege, creten, iam, & deum hac in linea postrema cum apice circumducto scribendam, sed ignoscendum est typographis hac in re, quoniam Bladiana afflicta in urbe Roma notissima hisce notulis, idest, circumflexis caret.

89.2.17. κρητὸς,) pro, καρδὸς, ut in manuscriptis ante scribatur; κρητὸς autem scribitur idem nomen a Stephano in dictione κρητηνία, ὃ ut idem ait, τόπος ὅστις τῆς ῥόδου, ἐν ᾧ ὡκοῦν οἱ πῶδε ἄλ. θυμὸν, ὃς χρηδαίς, ὃ π. πατὼρα ἀγκυρεῖ, ἐφυγε, καὶ νυκτὶ πᾶσι οἷον σκυμὰ τὰ ἐν ῥόδῳ, καὶ αἰς λησταῖς νομίστας αἰαρεῖ. τὸν πατὼρα. eandem historiam hic Apollodorus paulo aliter recenset, verum ad idem contendit, ideo translationem abstinet Stephani verborum,

90.1.8. χάσματα,) pro χάσματος, male scriptum est.

90.1.12. μῦν,) Lycophronis commentariis. μῦν, idest murē legitur μῦνα scribitur, melior est prior. haec Apollodori fabula de Glaucō Minois filio ab Hygino in libro de fabulis. Cap. CXXXVI. maiorem in modum illustratur, legito illic. Adhuc etiam copiose recitatur haec fabula a Cæcide in Lycophronis commentariis.

91.1.24. ἐκλίδν,) nos impressam lectionem ἐκλίδν, pro ἐκλίδν substitutimus, una tantummodo litera η, mutata, quae

fol. pag. li.

bunc locum vitiosum & obscurum faciebat.

91. 1. linea vltima. adde omiffum à Chalcographis post dictionem
maētaturus, aliquem.

92. 1. 23. dele, quod.

93. 2. 2. procatus esset, scribe, pro compressisset, sic enim verteram.
ex dictione græca ἐμυησέναι; Huic autem loco mirifi-
ce conueniunt quæ scribit Pausanias in Bæoticis. σπείχρος
δὲ ἱμωαῖος, inquit, ἔρχεται ἐλάφῳ περιβαλεῖν
δέρμα ἀκταίωνι πλὴ θεόν, πῶσκειν ἄξουσιν οἱ τὸς
ἐκ τῆς κωῶν θάνατον, ἵνα δὲ μὴ χρωαῖα σμέλλω
λάβοι. quæ sic latine. Stesichorus verò Himeræus scri-
ptum reliquit, Dianam Actæoni pellem cerui circumposuisse,
cum parasset eum canibus lacerandum, ne Semelem vxor-
em duceret.

94. 1. 5. & infra. Non mediocris me tristitia inuasit, non potuisse
omnino castigatius edere Actæonis fabulam quæ adeo men-
dose in vulgatis omnibus, & manuscriptis exemplaribus re-
censetur, ut ægrè ex ea sensum aliquod planum, & dilucidū
elici potuerit. Nihil insuper intentatum reliqui, nihil præter
ea, quæ Ovidius, & quæ Palæphatus conscripserunt, inueni-
re potui, & ea quidem in Apollodoro explanando, nihil adiu-
menti contulerunt. Verti tamen, vicunque fieri potuit, quæ
hic innominati poetæ carmina ab auctore sunt in mediū ad-
ducta. Nil magis hisce in libris mutilum, & à temporum in-
iuria læsum magis, quàm infelicitis Actæonis fabula: Nam, ut
ille totus à canibus suis dilaniatus fuit, sic eius fabula pessimū
in modum, omnium contumeliarū genere offensa, manca quo-
dammodo, ac imperfecta remansit.

94. 1. 24. κύβελον,) Stephanus, ἔστι καὶ κύβελλα φρυγίασ.
95. 2. 6. ἰσθν,) ante a falso legebatur in manuscriptis omnibus
ἰσθμόν.

96. 2. 18. ἐλδν, ἴρω,) reposuimus ἐλδν, ἴρωες ex Pausaniā in
Atticis, & Corinthiacis, Stephano, & Strabone, & alijs.

97. 1. 5. αὐτῇ,) verone αὐτῆς,

97. 2. 8. ἡρόδοτος, alijs, ἡρόδοτος. quem Aithenaeus etiam semel,
atq; iterum citat, ut ciuem Heracleensem, & historicum, hic
etiam ab Apollonij Rhodij scholiastis non semel adducitur.

97. 2. 10. ὅμηρος,) Iliadis ultimo his versibus.

τῇ πόρ δώδεκα παῖδες εἴ με γάρχοισιν ὄλοντο
ἔξ μιν θυγατρός, ἔξ δὲ ἕβες ἡβώντες.

Bisseni Niobes cecidere sub aedibus alitis

Sex nati, & totidem natæ puerilibus annis.

Verum Eustathius hoc in loco de Niobe, ἴσθον, inquit, τὴν

νιόβην, οἱ μὲν πάντας τούτους, οἱ δὲ πέλοπος καὶ τάλχου,

καὶ κωαῖνα δὲ πινὸς μὲν ξήσου φασιν, οἱ δὲ ἀμφι-
της, ἔτρωσι δὲ ἀλαλκομενέος, καὶ ἡ συμφορὰ δὲ αὐ-

τῆς, καὶ τὰ μὲν πνῶσ', εἰ λυδίαι, καὶ τὰ δὲ πνῶσ' εἰ θί-
βαις, γινέσθαι λέγεται. Σοφοκλῆς δὲ, τὸν μὲν παῖ-

δας αὐτῇ εἰ θίβαις ἀρλέσθαι, φασιν, αὐτὴν δὲ εἰς

λυδίαι ἐλθεῖν. & ποικίλει πινός, inquit, θυγα-

τρός αὐτῇ εἰς νιόβης ἴσθον. τῆς δὲ ἔτι νεωτέρων, οἱ

μὲν ἰδὲ τὸν παῖδα εἰσπνῶσι, οἱ δὲ εἰσπνῶσι.

97. 2. 25. χλωεῖς,) χλωεῖς sine λ antea in omnibus codicibus le-
gebatur, nos χλωεῖς scribi fecimus. Hæc enim Meles con-
iux fuit, & Apollonij Rhodij cōmentarius refert, ex qua Νέε

fol. pag. li.

storem, Periclymenum, & Chronium genuit. Sed hic ex varijs vxoribus suscepit Taurum, Asterium, Lycaonem, Deimechum, Eurybium, Epileontem, Phrasin, Antimenem, & Alastore, & Poeta.

Δώδεκα γὰρ γενεῶν ἀμύμονος υἱὲς ἦν. idest, Biffem Nelei eximij sunt sanguine creti.

97. 2. linea vltima, τελεσίαν, reponendum censui τελέσιλλαν, quam Pausanias in Corinthiacis, & Athenæus in suis cœnis citant, de qua honorifice à Suida fit mentio, necnon Plutarchus, ubi de claris mulieribus loquitur, multa de hac memorie prodidit, consule etiam Lucianum, & Eusebium.

98. 1. 1. ἀμύκλα, ἀμύκλα generis feminini est. Pausanias in Corinthiacis.

98. 1. 15. αἰοιοιουμένη, Euripides Iocastem nominat. Epicastem verò Homerus.

98. 1. 21. τὸν γεννηθείτα, inscribitur & τὸ γεννηθεί.

98. 2. 7. ancellens, Librarij lapsus, pro antecellens.

98. 2. 8. scribe ex Hygino inuidentiam, & in græco pro φόρον, substituitur φθόρον.

98. 2. 19. lege, qui didici fuerant, (& suecessisse) omnia, procreatum esse se.

99. 1. 8. πλαταιέων, nos de πλατυμέων, reposuimus πλαταιέων, πλαταιαὶ γὰρ πόλις Κορινθίας, ὅθεν ἐκτὸν πλαταιεύς, Stephanus.

99. 1. 15. πρὸς) fac παρὸς.

99. 1. 21. φύκειον,) dele υ & appone ι, in prima.

99. 2. 4. σωιδόντες, lege σωιδόντας.

99. 2. 4. post dictione ænigmatum, scribito soluissent, et linea sexta

fo. pag. li.

deleto, (soluissent.) & linea septima, pro querebat, reponito,
rogabat.

100. 1. 7. Ἀστυμέδεια, & Ἀστυμέδεια Pausanias. vel
Ἀστυμέδεια, ex Euripidis Hypomnemmatographo; quam alij
Astymedusam vocant. Ἀστυμέδεια τὴν ἑκαρτος no-
minat Euripidis in Phœnissis scholiastes ex Epimenidis testi-
monio.

100. 2. 20. scribe verunque,) & linea a defixam, qua de re Sta-
tius Thebaidos primo.

101. 1. 25. Ἰσχυρὸς ἢ αὐτὸς.) scribe γούδωτος γὺ αὐ-
τὸς, & addē αἰμαίρατος, & linea 26. ibidem adde,
καὶ ἀνέχεσθαι ὑπὸ πινυῶν, è regione verò latini contex-
xtus, linea vltima subaudiendus est, Amphiaras; id enim be-
ne potarum somnolentia omissem fuerat, eum imprimatur, vt
pleraq; alia ad id argumenti facientia.

101. 2. 1. dele, & conjunctionem, pro Amphiaras, lege Amphia-
raus in nominandi casu.

101. 2. 3. tolle: Adrastus;

102. 1. 9. adde post, Hypsipyle, Lemnia.

102. 2. 12. subdenda, eundem coniunctio statim post, Eteocles.

103. 2. 2. videre licebat, scribe, vidisse contigit. & linea. 5. patri,
scribe nato suo.

103. 2. 15. Cyllene,) Cithærone, apud Lycophranem Cæcis scribit,
qui de Tiresia latiuscule, quam Apollodorus agit, eadem &
Homeri commentarius in Odyssæa.

103. 2. 15. cyaneo sceptrum) legerim potius pro cyaneo, corneo,
quid. n. cyaneo hic faciat, non video. quo circa ego substituen-
dum puto, corneo ex cornu arbore prædura, vt sceptrum hoc

baculum ne intelligamus de dura cornu factum su: ita & græ-
co exemplari reponendum sit pro κινέων σκῆπτρον,
κράϊον. quod Apollodorus σκῆπτρον dicit, Εἰκον Cal-
limachus in Elegia in Minervam appellavit.

Δάσω καὶ μέγα βαΐαν, ὃ σὶ πόδας ἐς δῖον ἄξει,

Δάσω δὲ βιότου τὸρμα πολυχρόνιον.

quæ sic olim Politianus ille poltiassimus grammaticus vertit.
Huic ingens baculum dabo, quod vestigia ducat.

Quæ velit, huic vitæ tempora longa dabo.

104. 2. 5. quæ. Hic carmina refert Apollodorus, sunt Hesiodi in
Melampodia, quod opus ad nos hæcenus non pervenit, citans
tur eadem hæc à Cæcide Lycophronis enarratore. ubi ex
eadem Melampodia paulo superius idem Cæcis in suis com-
